Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich).

Quelle:
Copyright:

„ceptabile adest in quo confessio a morte ani„mam liberat". In fine videtur mutilus. Prolixum hunc tractatum Thomæ de Ha„selbach lubens adscriberem, nisi verba ob„starent initialia.

10. Fol. 362 – 415.

Joanis Nider Consolatorium timorata conscientiæ.

Joannis Nider Consolatorium timorate conscientiæ. Rubrica est: "Consolatorium timorate conscienciæ; initium prologi: "Apud disciplinas"; operis: "Primo igitur advertendum". Ad calcem legitur: "Et sic est finis hujus opusculi. Quod dicitur consolatorium conscienciæ / editum a magistro sacre theologie Johanne Nyder ordinis predicatorum in concilio Basileensi circa annos domini M° CCCC° XXXIIII". Finitus autem presens liber ao 2c XLIIII". Cfr. de eodem in Cod. CLXXXIV. n. 16.

11. Fol. 422 – 435.

Ejusdem Manuale Confessorum.

Ejusdem Manuale Confessorum. Epigraphen habet: "Incipit manuale confessorum compilatum per fratrem Johannem Nider sacre theolog. profess. Ord. fratr. predicatorum". Inchoatur: "Quoniam juxta verba Gregorii in de cura pastorali". In fine subscriptum est: "Explicit tractatulus bonus de audiencia confessionum / Qui intitulatur manuale confessorum compilatus per rever. patrem fratrem Joh. Nyder S. Theol. prof. de